



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum hoc sacramentum habeat materiam? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

benedictio est
benedictio sacra-
mentorum, quia
est, qui alicuius
non est.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacra-
mentum principaliter consistit in potestate tradi-
ta. Potestas autem à potestate traducitur, sicut
simile ex simili: & iterum potestas per usum in-
notescit, quia potentiae notificantur per actus: &
ideò in forma ordinis exprimitur usus ordinis per
actus qui imperatur; & exprimitur traductio potes-
tatis per imperatiuum modum.

Ad primum ergo dicendum, quod alia sacra-
menta non ordinantur principaliter ad effectus si-
miles potestatis, per quam sacramenta dispensan-
tur, sicut hoc sacramentum: & ideò in hoc sa-
cramento est quasi quedam communicatio viuoca-
tio. Vnde in alijs sacramentis exprimitur aliquid
ex parte diuinæ virtutis, cui effectus sacramen-
ti assimilatur; non autem in hoc sacramento.
Quamvis enim in Episcopo, qui est minister hu-
ius sacramenti, non sit auctoritas respectu colla-
tionis huius sacramenti: tamen habet aliquam
auctoritatem respectu potestatis ordinis, quæ con-
ferunt per ipsum: in quantum à sua potestate de-
riuantur.

Ad tertium dicendum, quod usus potestatis est
effectus potestatis in genere causæ efficientis: &
sic non habet, quod in definitione ordinis po-
natur, sed est quodammodo causa in genere causæ
finalis: & ideò secundum hanc rationem ponit potest
in definitione ordinis.

ARTIC. V.

Vtrum hoc sacramentum habeat materiam?

A D quintum sic proceditur. Videtur, quod hoc
sacramentum non habeat materiam. Quia in
omni sacramento quod habet materiam, virtus
operans in sacramento est in materia. Sed in
rebus materialibus, quæ hic adhibentur, sicut sunt
claves, candelabra, & huiusmodi, non videtur
esse aliqua virtus sanctificandi. Ergo non habet
materiam.

*Deest so-
lutio ad
secundū,
que faci-
te collig-
tur ex re
 spons. ad
x.*

139

¶ 2 Prog-

¶ 2 Præterea, In isto sacramento confert plenitudo gratiæ septiformis (ut in littera* dicitur) sicut in confirmatione. Sed materia confirmationis præxigit sanctificationem. Cùm ergo ea quæ in hoc sacramento videntur esse materialia, non sint præsanctificata, videtur quòd non sint materia huius sacramenti.

¶ 3 Præterea, In quolibet sacramento habent materiam, requiritur contactus materiae ad eum qui suscipit sacramentum. Sed ut à quibusdam dicitur, contactus dictorum materialium ab * eo qui suscipit sacramentum, non est de necessitate sacramenti, sed solum porrectio. Ergo prædictæ res materiales non sunt materia huius sacramenti.

4 Sentet. Sicut in rebus & verbis. Sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius. Ergo & res quæ in hoc sacramento adhibentur, sunt materia huius sacramenti.

¶ 4. I. §. D. Præterea, Plus requiritur ad dispensandum sacramenta, quam ad suscipiendum. Sed baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta, indiget materia. Ergo & ordo in quo datur potestas ad ea dispensanda.

RESPONDEO dicendum, quòd materia in sacramentis exterius adhibita, significat virtutem in sacramentis agentem ex intrinseco omnino aduenire. Vnde cum effectus huius sacramenti, scilicet character, non percipiatur ex aliqua operatione ipsius qui ad sacramentum accedit, sicut erat in pœnitentia, sed omnino ex intrinseco adueniat: competit ei materiam habere, tamen diuersimode ab alijs sacramentis quæ materiam habent. Quia hoc quod confertur in alijs sacramentis, deriuatur tantum a Deo, non a ministro qui sacramentum dispensat: sed illud quod in hoc sacramento traditur, scilicet spiritualis potestas, deriuatur etiam ab eo qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta à perfecta. Et ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter cōsistit in materia, quæ vir-

virtutem diuinam & significat & continet ex sanctificatione per ministerium adhibita: sed efficacia huius sacramenti principaliter residet pœnes eum, qui sacramentum dispensat. Materia autem adhibetur magis ad determinandam potestatem, quæ traditur particulariter ab habente eam complete, quam ad potestatem causandam: quod patet ex hoc, quod materia competit usui potestatis.

¶ Et per hoc patet solutio Ad primum.

Ad secundum dicendum, quod materiam in alijs sacramentis oportet sanctificari propter virtutem, quam continet. Sed non est ita in proposito.

Ad tertium dicendum, quod sustinendo illud dictum ex dictis * appetet causa eius. Quia enim potestas ordinis non accipitur a ministro, sed a materia: ideo potestio materia magis est de essentia sacramenti, quam tactus. Tamen ipsa verba formæ videntur ostendere, quod tactus materia sit de essentia sacramenti: quia dicitur. Accipe hoc vel illud.

QVÆST. XXXV.

De effectu huius sacramenti, in quinque articulos divisâ.

D Einde considerandum est de effectu huius sacramenti.

¶ Circa quod queruntur quinque.

¶ Primo, vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens?

¶ Secundo, vtrum imprimatur character, quantum ad omnes ordines?

¶ Tertio, vtrum character ordinis presupponat characterem baptismalem?

¶ Quarto, vtrum presupponat de necessitate characterem confirmationis?

¶ Quinto, vtrum character viius ordinis presupponat, de necessitate, characterem alterius ordinis?

*in corp.
art.*

A R-